dicti. Sed vtcūqꝫ ſit (etſi ſelectōem quandam facere theologi
conētur) mentiunt. dum q̄ futura vaticinantur: nō eueniunt.
CHI. Mentirent ſi aliq̄d indubitato ⁊ nccārio futuꝝ ſpon
derēt: qđ ꝑcaueri declinariue nō poſſet. Id artis huius ꝓfeſ-
ſorē ſane mētis audies polliceri neminē. Quīimmo hi ſtellaꝝ
curſus: ⁊ planetaꝝ cōiunctōes interdū ad certa diffortunia ī
clinari nullam addendo nccītatem cōcedūt. Ideoqꝫ ſi ea q̄s ꝓ
uiderit: auerti poſſe. ARIS. Quid putas ex ſyderū curſu
nobis ꝑiculi impēdere. q̄ dei ſunt creatura. Credíſne deum fe
ciſſe aliqua: q̄ nobis (quoꝝ ſalutis cauſa cūcta creauit) in ꝑ er

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 55

Astronomia

niciem eſſent. CHI. Hoccine te latet? Nam ⁊ angues ⁊ leo
nes, ⁊ cocodrᷓyllos: ⁊ tigrides ⁊ venena. ⁊ cetera q̄ hoibꝫ noxia
ſunt ꝓduxit. Stelle aūt ⁊ celi lumīaria nō ad nocendum plaſ
mata ſunt: ſed ꝑ monere nos vident̄ vt q̄ minant̄ ip̄a decline-
mus. ARIS. Repugnātia ſunt dcā tua. Nūc em̄ ſydera in
nocua eē ⁊ nobis amica: nūc ea minātia refers. CHI. Mi-
nant̄ ꝑfecto: ſed ip̄a nihil officiūt. Si em̄ diſpoſitio celi te fer
ro caſurū inclinet. num te (niſi ꝓuideris) cōſtellatio enecabit?
Quā ſi cōſuluiſſes: licuiſſet tibi eē incolumi ⁊ ſaluo: licuiſſet
hoſtē fugiſſe: cuius dextera nō vllū ſydus cedem oꝑat̄. Mul
tū ergo penſi hꝫ eſſe aſtronomū. ARIS. Quid pēſi? CHI
Quotiēs repetā. ad ꝓuidēda futura? ARIS. Quotiēs repe
tam ea nō poſſe ꝑſciri? Deumne homuntōes exiſtimas adhi
buiſſe cōſilio deliberatōiqꝫ ſue? Dic q̄ſo. quādonam eos accer
ſierit. expoſuerit arcana. ⁊ docuerit ꝑdicere vētura. Qđ ſi non
fecit: ſapia cōſilioqꝫ id cōſequuti ſunt forſitan. vt q̄ in celo ge
rant̄: intelligant ipſi. CHI. Sic eſt. Tute cum aſtronomis
floccipendēdis accomodas: eos ignarus laudibus dignis ef
fers. Tali em̄ ſunt induſtrie acrimonia: vt etiā ſub diuo ⁊ in
terra cōſtituti q̄ circa celeſtia motuſqꝫ ſyderū ⁊ planetarū cur
ſus contingāt: qđ ex illis ſubſequatur: cognoſcāt. ARIS.
Nec aſtra ego influxuūqꝫ ſuꝑiorū vim: nec eoꝝ curioſos pro
bauerim obſeruatores. Nō em̄ celo regit̄ mūdus: ſed ab eo
qui in celo reſidet: deo glorioſo: q̄ ſuo verſat arbitrio cuncta.
Sub tonātis em̄ nutu cōſiſtūt vniuerſa. Eius volūtate non
vllo motu ſtellarū regūtur oīa. Ille temonem tenet. Ille mi
ſeriarū nauem in qua cōſtituti ſumus dirigit: et in quecunqꝫ
vult curſum inflectit. Chyron. Hoccine quis eſt tā improb⁹
vt inficiet̄? Sed ⁊ deus omīpotēs qm̄ q̄cunqꝫ voluit fecit. ſy
dera etiā creauit: eiſqꝫ v̄tutem ꝑſtitit: vt nrōs actus modera-
rent̄: ⁊ mundū gubernarent. Inferiora em̄ iſta ſuꝑioribꝫ regū
tur. ARIS. Pape qđ audio? Proh maleſanū hoiem. Deū
ōis poteſtatē vimqꝫ ſuā (qua vſus mortales nutu ſuo diſpo-
nit) ſyderibꝫ ꝯmiſiſſe: vt ab illꝭ ipſ̄ regamur. O vtinā. ne ſe ad h̄
iureiurādo aſtrinxerit: quo magis liceat reuocare. Nā apollo
quā phetonti filio ſolis quadrigam equorumqꝫ habenas gu
bernādas interpoſito iuramēto ſpoſpondit: denegare poſtea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 55

nequiuit: ne deieraſſe videretur. Quapropter hic ęquorum celeritatis cohibendę impotens. totum orbem ignibus con//flagrauit. ⁊ a ioue in ponthum eſt p̄cipitatus. Sed non eſt talis (qualem tu mentiris) deus optimus maximus. qui imperitis (vtpote ſyderibus inanimatis) faciat copiam regnandi. Chyron. Inepte ⁊ importune fabularũ hęc adducis portẽta. Num deus alij cõmiſit imperiũ? Id ego non dixerim. Quĩimmo ſtellarũ curſu atq; influxu (tanq̃ inſtrumento) nos dirigit mortales. Si eñ elatos viderit ęquo temperamine flagellat nunc peſtem. nunc prelia. nunc miſcet vini frugumq; penuriam. ⁊ vẽtura hęc nobis aſtrorũ diſpoſitione oſtendit. quaſi dilectis ſuis atq; aſtronomis (qui hoc norũt) ſignũ dando. vt fugiant arcũ. Ariſtobolus. Vix credo a deo amatum iri aſtro//nomos. inſipientiſſimum genus hominum (niſi alijs virtutibus commodentur) quot cęleſtium noticia gloriat̃. Frigida ſaturni ſeſe quo ſtella receptet. Quot ſignis cęli cyllenius erret in orbes. Eorum deridenda ⁊ cachinno ꝓſequenda eſt amentia. dum q̃ in cęlo agũtur. quę futura ſunt. veluti ſuperũ cõſilio interfuiſſent. ſcire ſe temere contendũt. Quid vero in terra. q̇d in domo vxor: quid ipſi tandem faciant: q̇d ante factũ fuerit haud plene ſciant. Preterea ſolis lunęq; defectus longe ante p̄noſcere volũt. Sed quibus ipſi deficiãt ꝟtutibꝰ. parum attẽdunt. Chyron. Iniquus es q̇ tanto in aſtronomos auſu de//bacharis. Tametſi eñ eiſdem plęroſq; moribꝰ eſſe ĩtelligam. non tamen ideo carpẽdi ſunt omnes. Quod ſi cuncti eſſent cõuicio digni. q̇d aſtronomia demeruit: quę optima eſt. Ariſto//bolus. Nequaq̃. Chyron. Quamobrem: Ariſtobolus. Quia de cęleſtibꝰ eſt ſollicita. quę (ſcias neſcias) contigunt ex ĩeuitabili curſu ⁊ ordĩe continuo fatorum. Quid ergo circa ea curioſi ſumus: quę a nobis nequeũt ꝓhiberi. Chyron. Aduerſa q̃ portẽdi cęlo videmus mala. ſi aſtronomię rõnem calleamus. poſſumus quominus eueĩant p̄cauere. Ideoq; diſpendia vitare. amplecti vero ſecunda. Ariſtobolus. Si q̇s (iuxta diui//ni ſaluatoris nr̃i p̄cepta) virum ĩnocentem vixerit. non arbi//tror fortunam moleſti q̇ppiam in eum (etiam ſi aſtronomiam ignoret) poſſe moliri. Chyron. Erras multũ. Solent eñ quãdoq; ſcĩ ꝓbateq; vitę hoĩes (tanq̃ magis dilecti a deo prẽ nrõ fi

Aſtronomia

liȷ) affligi aduerſis: Ariſtobolus. Qui cedo: Chyron. Per bo
nor direptōem. Ariſtobolus. Tu aberras potius. Nō enī eo
mō flagellant. immo liberant. dū ea q̄ illis ad ſeruiendū deo
ſarcine ſunt ꝛ oneri atq; impedimēto: auferūtur An credis o
pes humanas in bonorꝝ numerꝝ recipiēdas q̄ aīmas in imas
demergūt tartari latebras. Quapropter nō inſipiēter factita-
uit. Crates phūs: q̄ ꝓiecto in pelagus magni pōderis auro:
conatus eſt ſe a diuitiarū eripe ſeruitute. Sz hodierno euo lō
ge ſecus arbitrant homīes Inſtituendus eſt igit ſermo ꝓ ea q̄
tempeſtate noſtra inoleuit: cōſuetudīe Putaſne igit ad cumu
landas opes aſtronomiam ferre ſuppetias: Chyron. Neſcis
hoc: Thales ꝑfecto mileſius: cum ſibi probro daretur paup-
tas: quodq; ad hanc leuandā nec quicq̄ philoſopharet: mul
tum olei (quod ex aſtris eo anno ꝓuiderat carioris futurum)
comparauit. Illud poſtea ſubſequuta ſterilitate magno ꝓcio
vendidit ingentemq; auri coegit aceruū: quē conuiciatori
oſtendēs: num (inquit) me credis inuanū philoſophari. ſi eri
cōflando inſiſtā. Nemo igit nihili faciat aſtronomiam. que et
opibus cultores ſuos remunerare poteſt. Ariſtobolus. Mer
cimonijs ergo miniſtrat aſtronomia. atq; ſupplende hominū
auiditati conducit. Chyron. Etſi ad hec trahi poſſet. non tam
eſt ideo inuenta. Sed vt philoſophemur. conſtellationumq;
vires ꝛ habitudines inueſtigantes. abdita nature ꝯſectemur
quod philoſophorum eſt. Ariſtobolus. Nihil ergo ꝓterq̄ ad
fortunas cōquirendas valet aſtionomia: quatenus vero ad
philoſophiam accedit. nihil penitus habet momenti. Nam
nec philoſophia mihi cordi eſt. delyramentis multis referta.
Chyron. Que loqtur ſcelus: Hoccine trāquillo hauriaz ani
mo: philoſophiam omnium artium matrē ꝛ inuentricē te du
cere cōtemptui. Theodoricus. Ne ab inſtituto digrediamini
ſermone. philoſophiā ꝓterire. Ariſtobolus. Faxo: aſtronomi
am igit inſequor. in celo defixos gerentē oculos. qd calcet pe-
dibus. quoue ꝓgrediat. nō cōſiderantē. Quapropter haud il
lepide obiectū eſt a vetula thaleti mileſio que ad locū (in quo
ille ſidera intueri cōſueuerat) noctu eū comitabat. vbi lumib9
verſus ethera erectis. q̄ pedes figerz minime ꝯſiderās caſu ī ſpe
cū ſubiectā ē delat9 Tu qd ē (o thales) q̄ in terra ſubtus te ſunt

conſpicere nō potes: quō q̄ in cęlo ſunt cognoſces. Sic pleri
qꝫ firmamentū cōſiderātes: ignorāt ſeipos: ceteros vero ſibi
credulos ludūt. Lꝰ. Elleboro tibi opus eēt. Num ad hęc
antea reſpōdi. quoſdā interdū illis imbutos moribꝫ offendi:
proptereaqꝫ ceteros tali culpa vacari. Queadmodū ꝛ in oībi
viuēdi genere bonis reprobi admixti īueniūtur. Aſtronomia
vero diuina ſcīa ſemp in ſe frugi eſt: ꝛ plurimum laudanda.
Ariſtobolus. Tedet me poſthac aſtronomię meminiſci Adeo
me cępit leuitatis eius ridiculę ſatietas. Ideoqꝫ ad muſicam
noſtras cōuertamus lites. Chyron. Ut lubet. Ego tibi non
mō nō inuitus: ſed etiam vltro ire obuiam: volo. Ideoqꝫ per
gito impugnare.

¶ Capitulū quintū de muſica.

ARISTOBOLUS. Age nūc (ſi tibi q̄c/
q̄ꝫ neruorū eſt) muſicā tueare. cui p̄ter inanem quādā
leuitatiſqꝫ plenā pſallendi artem eſt omino nihil. Pa
rum igit̄ in ea ſicut ꝛ ceteris inuenies momēti. Chyron. Fru/
ctus eius qm̄ tibi abſcōditus eſt. abs te vilipendit̄. Quem ſi
noſces. aliter ac iā facis loq̄rere. Queadmodū eīm hūana cor/
pora grauibꝫ morbis implicita medelis adhibitis curant̄. p̄/
ſtināqꝫ reſumūt ſanitatē. ita ꝛ animi noſtri dolore oppreſſi. ab
eo ꝑ muſicam liberant̄. Nam dulces vocū cōcentus modula
tioneſqꝫ ſuaues abigere męſticiā plerūqꝫ cōſueuerūt. Ariſto/
bolus. Sic vt ais muſica ꝑ afficiēdis gaudio mentibus hu/
manis expedit vti. Reijcienda eſt ergo. Chyron. Quamobrē?
Ariſtobolus. Nam cū lęticia ſoleat q̄n̄qꝫ multū obeſſe. q̄ppe
quę interimat etiā. cū ſcꝫ cor ſanguine ac ſpiritibꝫ vitalibꝫ de/
ſtitutū nimia deficit ariditate quā ſolet mors nōnunq̄ꝫ comi/
tari. Id nimio gaudio euenit. Qd̄ ſophocli ꝛ philomeni cete
riſqꝫ nōnullis legimus accidiſſe. Quid ergo muſicā adeo ex/
tollis: atqꝫ a lęticia cōcitāda laudas. q̄ ꝑniciosum interdū ſeq̄
cibus ſuis exitū p̄ſtat. Chyron. Hi quoꝝ facis mentōem. nō
gaudio ꝑ muſicā affecti interiere. Alię fuerūt alięqꝫ cauſę Hec
eīm ars nō eam humanis mētibꝫ lęticiā ingerit. q̄ obeē poſſit.
ſed merorē paſſionēqꝫ melancolicā exterminat. Quīimmo et
gaudiū intemperatū poteſt imminuere. Sunt eīm funebres
cantus. triſtiaqꝫ carmia. q̄ te ſi nimiū fueris elatus. męſtū red

Muſica

dent. Sic optimo quodã noſtri effectus moderamine tempe
rabũtur: vt nec mgrore deiecti torpeant: nec plus ęquo inſole
ſcant. Ad animorꝫ itaqꝫ cõmotionẽ nihil eſt (vt ita dixerim) vti
lius muſica. Nam ꝛ mẽtes in rabiem ṽſas mitigat. Hinc de
dauid rege tradũt annales: quẽadmodũ ſaulem ſpũ maligno
exagitatũ chordarũ pulſu cytharęqꝫ luſu ab inſania reuocarit
ARIS. Proh tantuſne vir muſicę dedit operam: q̃ reges de
decet: vtpote nihil ad gubernandam rempublicã adiumẽti p̃
bens. Neroni q̇dem obiectũ eſt ꝓbro: qꝺ nimis ſtudioſe mu-
ſicã ſectaretur. Et philippus macedo cũ pſaltem quẽdam in-
ter cęnandũ emẽdare vellet: ac de pulſandis fidibus diſſerere
Is hoc abs te o rex (ait) ſuperi mali auertant: vt melius hęc q̃ꝫ
ego noſcas. Chyron. Si q̇s nimio ardore in muſicã feratur:
rep̃henſione nõ caret. Permittit̃ em̃ huius artis vſus mode-
ratus: etiã ṗncipibꝫ. Apud quos olim p̃ſertim grecos mg̃no
in ꝓcio habita eſt. Nã themiſtocles qꝺ in cõuiuio lyram recu
ſaſſet: indoctior eſt reputatus. Ariſtobolus. Quenam audio?
In cõuiuijs ergo ꝛ inter ęp ulas muſica frequẽtabat̃: tanquã
ad libidinẽ ꝓuocandã nõ cerere bacchoqꝫ (ſine q̇s algꝫ ven⁹)
eſſet ſatis. Quĩimmo ad alenda turpia voluptatum incẽtiua
muſicã etiã adhiberẽt. Heus q̃ꝫ nũc dedecoris plenas affers
laudes quas cõſultius reticuiſſes. Chyron. Expecta audire
et me: nec añ diffinias: q̃ꝫ ſniam intelligas ꝑtis aduerſę. Exiſti
maſne ṗncipes priſcos indulſiſſe voluptati? Quorꝫ tãta extãt
domi foriſqꝫ facinora ęgregia monumẽtis tradita lrãꝝ: q̃ mi-
nime geſſiſſent niſi ſe a tam dira deteſtãdaqꝫ mortalium peſte
abdicaſſent. Sed ſi quãdo eos fieri triſtiores cõtigiſſet (more
pythagorico) muſicã ad mgrorẽ tollendũ: nõ fouendã venerẽ
(quã nõ ſecus ac letalia horrebãt venena) pauliſꝑ accerſiebãt.
Quã igitur es mordax: qui in peius interp̃taris oĩa: quam
uis ꝛ ego tibi aſſentiar: muſicę plerũqꝫ fieri abuſum: atqꝫ per
eam aĩos ad luxuriam pellici carminibꝫ quibuſdam impudi
cis ꝛ laſciuis. Qua ſi q̇s honeſte vtatur: minime talia ſunt ti-
menda. Ariſtobolus. Vtare muſica vt voles: attamẽ non vi-
deo q̇ poſſit ex ea fructus oriri: cũ habeat roſas: eaſqꝫ ſpinis
et ſentibus multis interſeptas. Nam ſi ad muſicã q̇s accedat
vix credo abibit illeſus: reportabit aculeos: dũ ſectat̃ flores:

Dt

quos contempſiſſe ſatius exiſtimari debet. Chyron. Non ri-
get tribulis muſica. ſi alia nõ addãtur obſcena Que vbi acceſ
ſerint. q̇s negat pudorem difficilẽ eſſe cuſtoditu? Sꝫ nihil fru
ctus habere muſicã cõtendis. Ariſtobolus. Niſi hãc velis eẽ
vtilitatẽ qđ ad animorũ cõmotionẽ p̄ſit. Chyron. Preter eaꝫ
et alia eſt cõmoditas. Ariſtobolus. Quenam? Chyron Necdũ
in re p̄uata (vt credis) iucũda ſalubriſqꝫ eſt muſica. ſed etiã ne
gocijs publicis eſt adiumẽto. Ariſtobolus. Quibꝰ? Chyron
Certaminibꝰ. in q̇bus p̄cinentes habent̄ modulatores. Ari-
ſtobolus. Sane vulgares hi ſunt ſonitꝰ: triſteſqꝫ magis ſtre-
pitus q̄ꝫ armonie. Tuba enĩ raucũ quedam gemitũ emittit.
nec ibi muſice ratio habetur. Chyron. Negas tubã eſſe muſi-
ci q̇ppiam? que ⁊ ſi (vt ſentire videris) modicã p̄ſe ferat iucũdi
tatẽ. ad ferociam tñ truculentiãqꝫ concitat milites. animat in
hoſtes. ac ad cõferendas manus reddit feruentiores. Neqꝫ ta
mẽ hoc ſola (vt forſitan credis) molitur tuba. nam p̄ditum eſt
memorie Lacedemones in aggrediendis hoſtibꝰ nõ lituis vl
tuba (que ſolẽt animos militũ euibrare) ſed tibijs vſos. Nihil
in principijs bellorũ ſalubrius arbitrati. q̄ꝫ ſi p̄mulcti ſonis
mitioribꝰ haud immodice ferocitẽt. ⁊ ne ſparſim diſpalati in
certamen p̄uerent. vis ⁊ impetus eoꝝ militaris muſice diſci
plina cohiberetur. Qđ ſemꝑ ampliſſimas copias vbi cõgre-
diundũ eſt agere nimirũ decet. Maximũ eſt enĩ hoc ad conſe-
quendã victoriã momentuꝫ. Ariſtobolus. Inſanis atqꝫ deli-
ras: ſi p̄pter has modulationes rem militarẽ p̄ſperius ſucceſ
ſuraꝫ arbitraris: an ideo plures ex hoſtiũ nũero caſuros pu-
tas? q̇bus cũ res gerit̄ ferro. Chyron. Neſcio recuſeſne an neq̄
as? me intelligere: alterũ maliuolentie alterũ ignauie aſcriben
dum eſſet. At q̇s eſt adeo tardo hebeteqꝫ ingenio? quẽ lateat ti
biarũ p̄centione fieri: vt equabili modulatoqꝫ ſenſiꝫ ingreſſu
ſtipatum agmen nõ diſſoluatur. Quod vbi fuerit diſtractum
nõ multum ſpei de victoria potiunda reliqui eſſe poteſt. Nõ
enĩ fortitudo alacritaſqꝫ militum quicq̄ꝫ p̄ficeret: niſi certos
in ordines diſtributi coadunatiqꝫ in aciem hoſtem aggrede-
rentur. Ad quod modulationes muſice ſunt ꝑoportune. Nã
et halyates Lydorum rex non fiſtulatores modo ⁊ fidicinas:
ſed feminas etiam traditur tibicinas in procinctu habuiſſe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 55

Muſica

Ariſtobolus. Lauda muſicam vt voles: me nullū tenet eius
deſiderium. Chyron. Sic es ad lyram aſinus? Ariſtobolus.
His me verbis laceſſere noli: ne canem ſopori deditum te pe-
niteat irritaſſe. Chyron. Canis ergo es? Ariſtobolus. Ceſſa
per iouem: ne me qui ſiem: experiare. Chyron. Licet ne ſalibꝫ
vti? Sed redeo ad id quod te ex muſica nullā ſentire dicis vo-
luptatem. Ariſtobolus. Voluptas em̄ ſemꝑ a me fuit aliena
qua cōmoueri animi eſt improbi effęminatiqꝫ. Chyron. Tu
verba ſecus ac a me proferuntur: interp̄taris. Honeſtam ego
volui voluptatē: tu refers ad turpem. Quod autem muſicę te
non affici dicis: durum te ⁊ ferreum oſtendis. Muſica enim
dulcedine ſua fera etiam animantia demulcet. Ariſtobolus.
Id ego nunq̄ꝫ audierim. Chyron. Habeo tibi in hac re fidem
cum ſint multa quę neſciant bonarū artium impugnatores.
Sed audi obſecro vnum. Proditum eſt memorię delphinos
muſicę (p̄ſertim ſymphonię) amore plurimum trahi. Referaꝫ
ergo quibus potero breuioribus verbis: quę de Arione fidi-
cine memoratu digna tradūtur. Is em̄ Periandro chorinthi
orum regi artis cauſa percharus fuit: cumqꝫ ab eo in italiam
traijceret: magna ibi pulſandis fidibus auri vi promerita: re
diturus chorinthios nautas (quibus melius fiebat) vt eum
reducerent conduxit. Illi Arione accepto cum in altum na-
uigaſſent: conſilium de necando eo ſpe prędę inierunt. Arion
omnem pecuniam reſqꝫ ſuas illis dedit. quominus vita eri-
peretur. Sed preces eius neglectę non magis profuere. quaꝫ
quod ſua ſeipſe manu interimeret. Unum tamen impetrauit
vt priuſquā mortem oppeteret. carmen conſolatorium canerꝫ.
Cumqꝫ ſic ſumptis fidibus in ſumma puppi ſtās dulce mo
dularetur. plurimos ad ſe audiendum delphinos prouoca-
uit. Deſiliens vero ab eorum vno exceptus eſt. p̄teruectuſqꝫ
thenarū laconię oppidū. Is nō ſua ſed muſicę (quā ꝓfitebat̄)
cauſa mortis euaſit diſcrimē. Ariſtobolus. Poteſt q̄dē ſic eē
vt ais. delphinos muſicis cōcentibꝫ delcāri. At hoīes (qui nō
voluptate ſed rōe duci debēt) nunq̄ꝫ his leuitatibꝫ opam dare
decet. adde qđ ꝓpter multitudinē vehementiāqꝫ vocū ledit ce
rebrū. leduntur ſpūs vitales cantantiū. Quo fit vt ad mores
male diſpoſiti reddant̄. q̄s Ariſtoteles. banauſos đt Chyron

Nunq̄ ea ex muſica ſequi mala ꝑſuadebis: niſi ob immode
ratum eius vſum: hoc eſt abuſum. Quis em̄ neſcit aīaduertē
dum (ꝓ egregia illius comici ſentētia in om̄i actione om̄iq; ne
gocio apprime obſeruanda) Ne q̇d nimis. Ideoq; muſicam
amabo quoad viuam. Et ideo magis qđ ꝑ hanc in templ' de
us optimus maximus laudat᷑. Ariſtobolus. Jam vero muſi
ca relicta ꝑgamꝰ ad Arithmeticā abſoluendam. Chyrō. ꝑge.

¶ Capitulū ſextū de Arithmetica.

RISTOBOLUS. Inſtituamus ergo de
Arithmetica ſermonē numerandi artē docēte: q̄ cum
nullius ſit eſtimatōis ⁊ pōderis: nihilq; hominibus
afferat emolumēti. ei nō eſt inſudandū. Scio ꝙ multū requi
rat occupatōis: multū ingenij: multū laboris: multum tꝑis.
Cui vero cōmodo inſeruiat: ignoro. Chyron. Hec vt cetera
te bonaꝝ diſciplinarū irriſorē impudentiſſimū latent. Quod
multū laboris multūq; occupatōis exigat arithmetice ſtudi-
um conq̄ri videris. facis vt ſolent quos piget lr̄is opam dare
Sudorē refugiūt diligentiāq; ⁊ aſſiduitatē detrectāt: ſine q̄
bus ſummū doctrine gradū adipiſcit᷑ nemo. Credisne ſomni
ando quē aut inter cyathos creſcere ī eruditōe. Alia ē baccho
et alia minerue natura. Ille haud magno niſu ꝑcipit᷑. Hec ve
ro multis vigilijs ingentiq; excolitur labore. Cant igit᷑ cuba
tum: quos diuturne ſedulitatis tedet. In viros em̄ doctos e-
uaſuri ſunt nūquā. Dicis aūt nihil habere penſi Arithmeticā
que docet numeros colligere ⁊ ſubtiliter diſtinguere: quos v
bi a rebus humanis ſuſtuleris: oīa perire eſt neceſſe. Ariſtobo
lus. Sed que eſt tāta numerādi ſcia: vt abſq; ea res nrē conſi
ſtere nō poſſint. Chyron. Niſi arithmetica que numeralis ſci
entia dr (arithmos em̄ grece numerus eſt) in vſu haberet᷑. ma-
xima eſſet hoīm cōfuſio. Quantū chaos. viueremus inſenſa-
torum aīantium more: nullā horaꝝ. dieꝝ. hebdomadaꝝ: men
ſium. annorūq; diſtinctōem obſeruātes. Nō poſſent vlla deo
rū immortaliū ſolēnia celebrari. neq; tꝑis ratio haberi. cuius
virtus ꝑ celeſtiū ſuꝑiorū influxu multū in iſtis inferioribꝫ o-
perat᷑. Nequirēt cōiunctiones: oppōnes: innocua ꝑnicioſa ue
ſyderū ſigna diſcerni. ex q̇bus magna ſalutis humane ꝑs de-

pendet: pſertim in medelis exhibendis. Multum igit̃ habet
arithmetica vtilitatis. Ariſtobolus. Que iam recẽſuiſti nõ p̃t
numerorũ rõnem: ſed aſtronomiã cognoſcũtur. Chyron. Sꝫ
edicito mihi (queſo) quid abſqꝫ nũeris aſtronomia? Cui niſi
arithmetica ſuffraget̃: manca videbit̃. Profecto ſi numeros
neglexeris: vileſcet omnis aſpectuũ cõſideratio ſupiorum: q̃
admodũ pſpicua eſt. Ariſtobolus. Neqꝫ aſtronomiã ego: ne-
qꝫ arithmeticã cõprobarim: alteram qꝛ in celo habẽs oculos
que pedibꝰ calcant̃ ignoret. Alterã quod illi opitulet̃ delire fa-
tuitati. Chyron. Si quicqꝫ in aſtronomiã dicendũ exiſtima-
ſti: cur nõ hoc ſuo loco egiſti? Jam de arithmetica nob ẽ ſermo
Ariſtobolus. Ad iuuandam ergo aſtronomiam arithmetica
eſt inuẽta? Chyron. Minime: poteſt em̃ omĩ negocio adhibe
ri. Nam ad mercaturas etiam valet. cum ſit memorie pditũ
propter has a phenicibus pmo repertaꝫ. Ariſtobolus. Proh
quid nunc ais? Siccine Arithmeticam tueris: cuius pſtan-
tiam ſi mihi antea pſuaſiſſes: iam odiſſe me hãc faceres. Chy
ron. Quamobrem? Ariſtobolus. Nõne liberalium artiũ vna
eſt arithmetica. Chyron. Probe. Ariſtobolus. Et pro merci
monijs valet arithmetica? Chyron. Etiam. Ariſtobolus. Er
go artem liberalem mechanice pediſſequã eſſe dicis. Ergo an
cillis dñe famulabuntur. Quid queſo ineptius? Accedit q̃d
rei turpi exhibet officiuꝫ: accomodatqꝫ auaricie digitos No-
ne ſordidum q̃ppiam videtur mercatura? Chyron. Quare ſor
didum? Ariſtobolus. Quia ex nimia hoĩm auiditate oritur:
nimioqꝫ deſiderio habendi. Chyron Non omnes ex auaricia
mercantur. Sed expone: q̃s eſſet rerumpublicarum ſtatus
quando nemo emeret: nemo venderet: nemo negociaretur.
Ariſtobolus. O feliciſſimas vrbes: papuloſqꝫ fortunatos: v
bi nulle exercentur mercature: que raro abſqꝫ fraudibus fiũt.
Ubi nulli cauſidici ⁊ aduocati. Jbi em̃ in ſumma viuit̃ tran
quillitate. vbi tales procul abſunt deceptõnes: vbi cõmunia
ſunt oĩa: vbi nõ aurum: nõ argentum: non vlla numiſmata.
Talem priſci illi vitam viuebant: cum erant ſaturnia regna.
Non erat fur vllus: non latro timendus: Poſtq̃ꝫ vero ſacra
et inſatiabil' gris fames humanos ſtomachos affligere cepit:
que aurea quondã dicebant̃ ſcl'a: nũc heus lutea ſunt: ⁊ luto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 55

De

ipſo obſceniora. Nūc humana iura ſimul ⁊ diuina cōfundū-
tur omnia. Nihil tutum: tranqllum: pacatū. Cuncta turbu-
lenta. Jus vendit̃ auro: qui multū agri poſſidet ille vir ſapiēs
iuſtus fortis modeſtus habetur. Pauꝑtas ludibrio ducitur
Chyron. Satis defleſti tempeſtatis noſtrę miſerandum ca-
ſum. Quia igit̃ ꝓſtinis moribus non viuitur: ⁊ immenſa cu-
piditas opum inoleuit: ęquū erat vt mercaturę eſſent: ne icli
nate ad ruinaꝫ nutanteſqꝫ reſpublicę ex toto collaberent̃. Be-
neficū ꝑterea ⁊ liberale cenſeri debet: vni ꝓuincię in his ꝗbus
ipſa caret ſubſidio alius ꝓuiſum iri. Ariſtobolus. Juſtū eſſꝫ
ac obſeꝗoſum niſi fraudes admitterent̃. Chyron. Num ſępi
us nullam eſſe ſub ſole rem quantūcunqꝫ vtilem: iucūdā: aut
neceſſariā cōmemoraui: qua ſi ꝗs velit neꝗat abuti. Uerum
enīuero tritū eſt ⁊ quotidianuꝫ in mercimonijs dolos verſa-
ri. Quibꝫ humanę ſuſtentatōi cōmodius eſſet nihil: ſi vt inſti
tutę ſunt rectę colerētur. Nec tu mihi perſuadebis nos abſqꝫ
negociationibus vitā ꝓpagare poſſe. Ariſtobolus. Sed ꝗ ve
teres viuebāt in orbis exordio: ꝗbus erant incognitę mercatu
rę. Chyron. Et illis nos cōmode carebimus: vbi ad ꝓſtinuꝫ
viuendi morem fuerimus reuerſi. Si ſilueſtribꝫ in cāpis paſ
ſim nullo duce errantes glādibus veſcamur ⁊ herbis. Qđ gu
la noſtra dulcibus liniri obſonijs aſſuefacta pati recuſat. De
decorū igitur mīme cenſendū eſt mercari. Quapropter arith-
metica nō floccipendenda: quę tantę rei ſolertius ꝑficiēde fert
ſuppetias. Ariſtobolus. Jn idem redundat orō tua: nec excu
ſata eſt abs te arithmetica: qđ ſtudio mechanico ſuffragetur.
Jd ſane ridiculum eſt. Chyron. An tu eo viliorem exiſtimas
arithmeticam: quod auxilio ductuqꝫ eius cōſueuerint vti ne
gociatores: qui hanc non vt miniſtrā ſed dominā apprime co-
lunt ⁊ venerantur. Theodoricus. Nimiū a cepto ſermone di
uertimini: ꝗ etiā quęqꝫ minutiſſima exequi vultis. Tps ꝑbre
ue eſt: ſol ad occaſum feſtinat. Continua igit̃ ſermonē tuum o
chyron. Chyron Nec ſola (vt credis ariſtobole) mercatura hu
ius artis auxilio eget. Sunt enī ⁊ alię ſcię liberales: quę abſ-
qꝫ arithmetica nullā prorſus in ſe vim habent. Nam aſtrono
mia. geometria ⁊ muſica. ſublata arithmetica conſiſtere non
poſſunt. Deſine igit̃ tanto ſpiritu in hanc diſciplinam inuehi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 55

quę ad multa cognoſcenda non ſolum vtilis ſed ⁊ neceſſaria
eſt. Cuius fructus (ni diſſimulares) tibi admodũ eẽt ꝑſpect⁹.
Ariſtobolus. Qui ex ea fructus oriatur: prorſus ignoro. Co//
gnoui ęquidem plurimos quibꝫ in p̄mis numeroꝝ vis et na
tura erat explorata. Permulta milia recenſebãt. cũ vero num
mi exponi debebant. vix decem numerare poterant. Marſu//
pia erant plumis leuiora. Chyron. Id hominuz inopię aſcri
be. nõ arithmeticę. Nec opulentos facit ars numerãdi ⁊ ſedu
la conſuetudo. niſi ſe alio applicarit. Ariſtobolus. Quid igit
prodeſt? Chyron. Putaſne liberalia ſtudia fortunę bonis cõ//
quirendis opitulari? Externa indagaris: q̃ corpus magis ex
colũt. q̃ꝫ aĩm reddant feliciorẽ. Quãuis em̃ pleraqꝫ ſint. q̃ mi//
nus locupletent. quia tamẽ ⁊ cognitu iucunda ſunt: ⁊ ad alti
ora p̄bent aditũ. ſciri ea oportet. Quod ſi hãc obrem arithme//
ticos deteſtaris. quia nõ eo maiore opum vbertate affluunt:
quo ampliores numeros atqꝫ plures diſtictę. ſubtiliter. ſum//
matimqꝫ perſtringere ⁊ adunare poſſunt. meditare rurſus in
omni doctrinę genere viros offendi. qui paucis contenti tenui
ſupellectili viuant. Non em̃ cunctos habendi deſideriuz in//
uaſit. A quo qui liberi ſunt: hos ego de vere philoſophantiũ
grege cenſuerim: ſi modo litteras ament. Quapropter ęgeſta//
tem impropera nemini: quę vitium non modo non eſt: ſed et
virtus maxima: vbi ſponte ſuſcipitur. Ariſtobolus. Huius
me virtutis immunem ſuperi reddant: cui nulla pręter ſitim
et inediam ſunt pręmia. Sed qui tibi primi arithmeticę inuẽ
tores fuiſſe videntur? Chyron. Repetam. Phęnicuz prodita
eſt ingenijs. Ariſtobolus. At ſunt qui a pythagora profectaz
a nicomacho diffuſius eſſe compoſitam velint. Chyron. Id
ego in nullo ſcriptore fidedigno memini me legiſſe Quamuis
Anticlides pythagoram circa arithmeticam vacaſſe: nouam
qꝫ regulam quę ex vna corda eſt reperiſſe dicat. Ariſtobolus.
En q̃ꝫ ſe properat ſol ocęano tingere. Neceſſum eſt igitur (ſi
hodierno die diſceptationem volumus abſoluere) ad geome//
triam vertamur. Anteaq̃ꝫ nox improuiſos opprimat. Chy//
ron. Proſequere ergo cępta.

¶ Capitulũ ſeptimũ et vltimũ de geometria.

ARISTOBOLUS Age nūc o chyrō
mihi vltimū liberaliū artem explodenti ꝟbis tuis
obuiam ire. Chyron. Abſqꝫ vlla circuitione id fece
rim. Reſpōdebo em̄ de hac poſtrema: quēadmodū
de ceteris a me eſt factitatū. Sed cuiuſnā rei grā explodendā
credis abijciendāqꝫ geometriā: q̄ ⁊ ipa mathematica eſt ſane
perutilis. Ariſtobolus. Metiri me docet geometria. Nō igit̄
liberaliū artiū numero eſt. Metiunt̄ em̄ ſartores vlnis: ⁊ pleꝶ
riqꝫ ſeruilibꝫ ac ſordidis officijs occupati. Chyron O ignauū
hoiem. o caput ſtolidū. Dic mihi bone vir vnde geometrie no
mē deſcēdat. Ignoras pſicū ne ſit an macedonicū: ſed vt hūc
tibi eximā ſcrupulū. Geometrie vocabulū ex greco traxit ori//
ginem. Cōponit̄ em̄ a geos qđ eſt terra ⁊ metros mēſura. Nō
itaqꝫ circa pannos dimetiendos hec ars ꝟſatur: vt tu vł mali
uole vel ignare ⁊ ſtolide dicis. Sed p menſurādis agris ē in//
uenta. Cū em̄ in egypto quondā aſſidui nili inundatōes p̄di
orū limites cōfunderent: ⁊ nūc addendo: nūc minuendo im//
mutarēt: interdū etiā p̄rſus (ꝓpter limi obductōem) notas q̄ //
bus ab alieno ꝓpriū diſcernebat̄ deleret: ꝑdita eſt ab egyptijs
geometria. Ariſtobolus. En q̄ꝫ apta nūc mēdacia ꝓfers: que
latere poſſunt nemiem. Dicis em̄ ob terre dimenſionē geome//
triam eſſe inuentam. Cum q̄ ei dant opam: ſoleāt etiā aera me
tiri. Itē celi ⁊ maris ſpacia. Chyron. Primū q̄dem ꝓpter mē
ſurandā humū eſt reperta. Hinc etem̄ nomē habet. Poſtea t̄m
allecti ſubtilitate eius lrāꝝ amatores ⁊ ſtudioſi: poſt terre di//
menſionē: ſyderū ab vrbe: ſolꝭ a luna diſtantiaꝫ indagari cepe
rūt. Ariſtobolus. Sed q̄d hoc inq̄ſitōis genus cōmodi polli
cetur. Geometria mihi ianis q̄dam videtur fatigatio ingenio
rum. Tu vero minus prudens es: quē eius rei (que nullius ē
momēti) laudāde tuēdeqꝫ nō tedet. Chyron Omni in re cōmo
ditatem in p̄mis tibi expoſitū iri cupis: aīmqꝫ tuum fortuna
rum magis q̄ꝫ glē cupidum eſſe declaras. Attamen q̄d proſit
audi. Geometria pfecto etſi multū in ſe habeat laudis multū//
qꝫ cōſueuerit ſectatoribꝫ ſuis iucūditatis ⁊ acumīs conferre.
Hoc tamen ſolo nō contenta: vtilitatem quoqꝫ mīme reijciē
dam promittit. Plurimum em̄ vrbibus ⁊ rebuſpublicis (p̄//
ſertim vbi hoſtiū obſidione cīguntur) p̄bet adiumenti. Ariſto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 55

bolus. Jd ego mediuſfidius nunq̄ꝫ vel videri: audierimus:
aut vllubi offenderi ſcp̄tum Chyrō. Arguit hoc deſidiam in
ſciciamq̄ꝫ tuam. Non em̄ Ti. liuij aut Plutarchi ceterorū q̄ꝫ
hiſtoricorum annales reuoluiſti: ſcribentiū quanto fuerit v-
ſui ciuitati Siracuſane a romano conſule marcello obſeſſe v-
nius archimenidis igenium geometre: q̄ ſuis illꝰ machinis ad
hoc inſtructis varia miſſilium genera ⁊ imenſe magnitudis
ſaxa incredibili fragore ⁊ velocitate iaculata in terreſtris ho-
ſtium emittebat copias: totaq̄ꝫ diſſipabat agmina. Inde tra
bes e muris firmiſſimo deſuꝑ iactate pondere: nōnullas in ꝓ
fundum p̄cipitabant naues: pleraſq̄ꝫ ſcopulꝰ illiſere. Unius
manus archimenidis (ceteris q̄ erant in vrbe q̄eſcentibꝰ) tan-
tam operabatur ſtragem. Hoc potis eſt geometria. Ariſtobo
lus. E que ac nihil ꝓfuit hec geometrica magis illuſio q̄ꝫ pu-
gna. Cum tamen paulopoſt ſyracuſis in ditionem redactis:
et archimenides ille geometer (q̄ tāte calamitatis romane au
ctor extiterat) condigna p̄mia ſit cōſequutus. Chyron. At po
tuere ſyracuſani obſidionem protrahere diutius: ⁊ tantiſper
a menibus arcere hoſtem: quo ad is ad fraudes cōuerſus: et
calliditate vſus militari vrbeꝫ (que archimenidis geometria
defenſa palam expugnari neq̄bat) clanculū eſt aggreſſus Nec
tu mihi archimenidem debitis remuneratū p̄mijs obijcias:
cui etiam ꝑ hoſtem marcellum (etſi grauiſſima ꝑ eum damna
perpeſſum) licuit eſſe viuo ⁊ icolumi: publico em̄ edicto vetu
it: ne ei militum q̄ſpiam officeret: neq̄ꝫ ceſus fuiſſet: niſi geo-
metrie nimiū deditus: diametroſq̄ꝫ pulueri iſcribens a ſuper
ueiente quodā Romano milite q̄ſnam eſſet iterrogatus rn̄de-
re diſtuliſſet. Intētus em̄ figuris deſcribūdis: vrbem direp-
tam antea nō ſenſit: q̄ꝫ ab eo milite cōfoſſus eſt: artiſq̄ꝫ ſue lini
amenta cruore confudit. ARIS. Quid multa narres: cū
hunc occiſum eſſe conſtet. Chyron. Perijt igenio ſuo. Dicari
profecto ſolebat: ſi quē alterū terre globū nactus eſſet: hūc ad
illū ſe tranſlaturum. ARIS. Et que dictu arrogātia: ⁊ q̄
impoſſibilia factu ſunt facturū ſe iactitauit. Sꝫ iponamꝰ liti
nr̄e modū: ne nos altercātes dies deficiat. Chyron. Hoc mi-
hi vehemēter cordi ē: tu igitꝰ Theodorice (quē diſceptatōi nr̄e
prefecimꝰ) verbꝰ nr̄is equa lance pōderatis: ſn̄iam ferto.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 55

c Um ego cogitabundus tacito mecum ipſe aīo
reuoluens: quis mihi ęquiorem defendiſſe partē
videretur: ſubticui: certum tamen ⁊ deliberatum
erat: me pro Chyrone ſententiam laturū. En ad/
uentare viſus eſt clariſſimarum ſeptem virginum
cętus. Quarum ſubita primum ⁊ inopinata pſentia pculſus:
deinde ſumpto aīo factus audentior q̄nam eſſent: cuiuſue rei
gratia veniſſent: pcunctor. Progreditur earum vna in medi/
um quę ſumptuoſiore pſtantioreq vestium ornatu exculta e/
rat: meq comiter ⁊ benigne ſalutato: vix dici queat qua fue/
rit gratia ſermonis: q̄ compte grauiter concinneq verba fu/
derit. Quorum ſeries mihi iam non ſuccurrit: attamen hanc
fuiſſe mentem recordor. Nobis o theodorice ſeptem artium
liberaliū eſt nomen teq oratum venimus: quoniam de nob
coram te arbitro controuerſia eſt celebrata: tu laudum tale p
feras: quo ⁊ officio tuo recte prudenterq ſatiſfacias: ⁊ hono
rem noſtrum tueare. Non obteſtari te acceſſimus: vt contem
platione intuituq ⁊ gratia noſtra corruptus: q̇ppiam iniqui
aggrediare. Sed quod iuſtum: quod ęquitati rationiq con/
ſentaneum eſt: abs te iudicatum iri expectamus. Hanc ſalu
brem admonitionem pergrato me animo amplecti verbis q̇/
bus potui declaraui: cum iuſticię tum ipſarum etiam cauſa.
Perinde tamen me fuiſſe iudicaturum dixi: ac facio: ſi nullę p
ces earum interceſſiſſent. Efflagitantibus deinde Chyrone ⁊
Ariſtobolo ſniam: in hęc verba ſum loquutus Veſtras o vi
ri clariſſimi deſceptatōes ⁊ audiui ⁊ intellexi: ac vtinam p ill
diſcutiendis prudentię mihi tantū eſſet quantū fidei. Mallē
ab hoc me faſce liberū. Sed qm̄ ſubij id oneris: adempta eſt
retrogrediendi facultas. Igitur pgo q̇d arbitrer in mediū af/
ferre. Spero me iuſticię limites nō exceſſurum. Quod ſi ſec9
a me factitatum alteri veſtrum videbitur: hanc prouinciam
alij delegate. Ego veſtrū ſuccenſuero neutri.

G Rammaticā ego (quę lrālis ſcia eſt recte loquendi ſcri
bendiq noticiā tradās) minime reijciēdā puto. Ea em̄
neccāria pueris: iucūda ſenib9: fida ſecretorū comes
d oīa lrārum genera iter pbet. Tu igitur o chyron (cuius in
hac pte verba cōprobo) iure victoria potiris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 55

L Ogica vero definire: querere ꝛ diſputare docẽs: a ve
ris falſa ſubtiliter diſcernẽs. ꝛ iuuenũ ingenia reddẽs
acutiora nõ eſt explodenda. Quĩmmo plurimũ amã
da: ꝛ ſic amanda: vt nõ illi ſoli opa detur: ne tempus in emi/
nentioribꝫ diſciplinis terendũ: in ea cõſummatur. Attamen
adoleſcentũ in pmis eſt logicę incumbere ad multa deſeruien
ti. Tu igitur Ariſtobole victus eſto.

R Hetoricam vero quis dignis pſequatur laudibus?
Sine cuius auxilio artes cetere marceſcunt: ꝛ quaſi
nudę mancęqꝫ reputantur. Niſi eñ res etiam quãtũ
cunqꝫ vel iucunda vel vtil' accomodatis verbis elegãter gra/
uiterqꝫ proferatur. nihil in ſe viriũ exiſtimabitur habere. Nõ
igitur inter abiectiora ignobilioraue bona ea: quę diuina pie
tas mortalibus elargita eſt. eloquentia recenſeatur: ſupernuꝫ
munus. Quod vero pleriqꝫ oratores male affecti ſcribuntur
tulit hoc non eloquentia: ſed efferata crudelitas malorum Jd
veterum hiſtorias reuoluenti patebit Et nũc igitur tibi o chy
ron victoria deferenda eſt.

A Stronomia quoqꝫ liberalium artium vtilitate non
poſtrema. oſtendens cęlos ꝛ ſuperum archana morta
libus pandens: multum quandoqꝫ rebuſpublicis eti
am ſolet prodeſſe. Quod intelliget facile. q̇ periclem athenien
ſem. Dionem ſyracuſanũ. Niceam. ꝛ gallum Sulpitium ex
ponentes obſcurationem ſolis (qua viſa conſternati militum
animi ꝛ infauſtum omen portendi metuentes ad certamen in
eundum elanguerat) exercitum ad audaciam legit reuocaſſe.
Sed cęteris etiam in rebus hęc ars et cognitu iucũda eſt: ꝛ ꝑ
utilis. Tua igitur Chyron eſt victoria.

M Uſica vero (quaꝫ deteſtatus es Ariſtobole) haud pa
rum habet momenti. cuꝫ in rebus humanis (quia mẽ
tes noſtras męrore deiectas in lęticiã reuocat. Jdoqꝫ
Pythagoricis mos fuit vt ꝛ vbi cubatũ irent. ꝛ qñ mane ſur
gerẽt. ſi qd triſticię inerat. id lyra ſuauiter cõcrepãte diluerent)
tum in rebus bellicis: Ea eñ euibrantur militũ animi. Qua
propter tu o Ariſtobole ſuccumbis.

A Rithmetica ꝓ o de nũeroꝝ rõe ptractãs: cõtẽnẽda nõ ẽ.
Jlliꝰ eñ auxilio cęte oẽs mathẽaticę ſubſiſtũt diſciplinę

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 55

Nec fruſtra in laudibus diuinis ſcriptuꝫ q̄s arbitretur Oia in pondere numero ⁊ menſura facta eſſe. Tolle numerum: et cuncta ignorantię nubibus obfuſcari videbis. Tibi itaqꝫ o chyron palma cędit.

G Eometria quoqꝫ liberalis ars cū vtilis tum iucū da: fructu non caret. Confert eñ acumen ingenio ſingulare. Confert item experientiam ⁊ alia quę tu quoniam (o chyron) attigiſti: ⁊ omnes artes liberales tutatꝰ es ingenue: te quēadmodū in cętera omni cōtrouerſia ⁊ in hac parte pronuncio victorem. Apud te totius diſceptationis re manet palma. Si quid ſententia mea ponderis habet.

❡ Hęc vbi dixiſſem: gratias mihi habuere ingentis ꝟgines paulo ante cōmemorate: quę ſententię ferendę intererāt. Laudatoqꝫ munere meo ⁊ ꝓpter iuſticiam in iudicando ęque penſiculatam: ⁊ ob earū aduerſus improbi calumnias defenſionem abiere.

❡ Finis.

Joannis tritemii abbatis ſpanhemenſis Carmē ad Theodoricū greſmūdū iuniorem Moguntinū.

Viue puer noſtris qui mittis munera tectis.
   In quorum dictis intima noſtra moues.
Deniqꝫ q̄ꝫ gratū tulerint tua ſcripta ſtuporem
   Non calamo ſcribi. dicier ore nequit.
Ingenium ſine labe nitens ſermone diſerto
   Doctis inſinuant ſcripta decora viris.
Hortor ⁊ admoneo ſacris ꝑſiſtito ceptis
   Vt niteas magnę laudis honore ſenex
Diſce puer fęlix virtutū carpere flores
   Quatenus ęthereū culmen adire queas
Nunc tandem rogito ſemꝑ ſine fine valeto
   Et noſter maneat corde receptus amor

Conradi leontorij Sueui Mulbronen̄. R. d. ciſtercien̄ ſecretarij Carmē ad lectorē huius libri

Candidulū quicūqꝫ leges terſumqꝫ libellū
   Ingenio meritis laudibus vſqꝫ faue.
Greſmundiqꝫ mei imberbem venerare iuuentā
   Quę modo p̄cano floret in eloquio.
Nāqꝫ bis octenos vix dū compleuerat annos:
   Hęc dedit ingenij cū monumenta ſui.
Si labor ⁊ feruens ſtudiorū acceſſerit vſus.
   Germanis cędas itale non dubito
Quanti etem̄ fructus placidis ijs floribꝫ olim
   Prouenient. animo concipere ip̄e potes.
Non igit̄ ſemꝑ germania barbara tellus
   Sic tibi: quę tales iam bene culta creat.

Diſtichon eiuſdem.

Greſmundi (quicūqꝫ legis) mirare iuuentam:
   Greſmundi canū ſed venerare animum.

In dialogũ bonarũ artiũ defenſorem
Theodorici greſmũdi Carmẽ elegiacũ
Jacobi Uimflingi Sletſtatenſis.

Indolis eximię felicior inter ephebos
Etatis tenere non mediocre decus.
Nõ fruſtra aut temere mea cui p̄cepta dicarem
Dignior antę alios tu mihi viſus eras.
Nã cum vix ternum cępiſti apprendere luſtrũ:
Et nondũ quartas nactus olympiadas.
Uiſus es ingenio cunctos ſup̲are coeuos:
Uiſus es ornatas ſcribere litterulas
Uiſus es inſignem bene congeſſiſſe libellum:
Ingenuas artes quo canis ęgregie.
Te p̄cor vt rarũ muſis quoqꝫ tẽpus adoptes:
Nomen vt ęternũ ſic greſemũde feras.
Fac rata vota patris: facies ſi diſcere ꝑgas
Gaudeat ex nato ſemꝑ vterqꝫ parens.

Rutgeri venrai Canonici regularis heynenſis
ſicambri Carmen ad eundem de ſuo libro.

Uidimus ingenij clari monimenta libellum
Ingenuas artes qui canit ore cato
Horrorem fateor nobis opus intulit. acri
Eloquio pollens ingenioqꝫ ſimul
Tullius in calamo nitet. in ratione boeti
Et firmamẽtis nobilis ardet honos
Uiue puer docte. pueꝝ ſi dicere phas eſt
Qui multis grauibus ſcripta ſtupẽda parat

Impreſſum in opp do Dauentrieñ.
Anno virginei partus. M.cccc.xcvij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 55

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 55

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 55

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 55

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 55

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 55